

C O R P O R I S  
I V R I S C I V I L I S

T O M V S P R I M V S ,

Quo continentur

I N S T I T V T I O N V M

L I B R I Q V A T V O R ,


E T

D I G E S T O R V M

five

P A N D E C T A R V M

L I B R I Q V I N Q V A G I N T A .



*A M S T E L A E D A M I ,*

Ex Typographia P. & I. B. L. A. E. V.,

Prostant apud WAESBERGIOS, BOOM, à SOMEREN,  
& GOETHALS.

M D C C .

AMSTELÆDAMI,  
Typis P. & I. B L A E V.  
M D C C.

DISSERTATIONEM



CORPUS  
JURIS  
CIVILIS.

Editio nova.  
*Prioribus correctior.*

*AMSTÆRODAMI.* ys  
SUMPTIBUS SOCIETATIS, MDCC.

## LECTOREM.



Vantis actum sit laboribus, ut nativa  
 Iurisprudentiæ facies, nullis maculata  
 nævis, palam appareret, vix quisquam  
 credat, usquedum nostram hanc Civilis  
 Iuris Editionem cum aliis conferat;  
 quid namque sit in ea præstitum, tunc demum  
 agnoscat: Etenim infinitos cunctis in exemplaribus  
 crepisse errores, ab omnibus pene Iuris peritis  
 conquestum est. Huic autem justæ omnino queri-  
 moniæ, juxta quod nobis propositum, cupientes  
 mederi, non solum omnem insumpsimus sollicitu-  
 dinem hujus Voluminis correctioni; verum perle-  
 cto sæpius unoquoque illius folio, itaut ab auto-  
 grapho nullatenus discreparet; occurrentes passim  
 difficultates, (quod velim attendas) ad varia con-  
 sulimus exemplaria, perquisivimus, examinavimus,  
 imo omni cum anxietate & scrupulo trutinavimus,  
 parce quæso) dicam & amplius; ubicumque hæ-  
 rimus ancipites, in partem laboris peritissimos Iu-  
 ris Viros, imo & illius Professores celeberrimos  
 advocavimus, qui & judicium ferrent, & exem-  
 larium discordantias aut concordarent, aut saltem  
 mendarent. Vere insudatum est, & huic penitissi-  
 mo intendentium labori nonnunquam vires ex-  
 haustæ, quo tibi splendidissimum Iurisprudentiæ  
 clarè lætius affulgeret: Tu tanta nunc luce fruere  
 exulta, quod enim tantopere exoptasti, jam  
 tandem, quantum in nobis fuit, exequuti sumus,  
 multorum meliorumque exemplarium authorita-  
 freti, quæ fuerunt emendanda emendavimus:

D. IUSTINIANI,  
SACRATISSIMI PRINCIPIS,  
INSTITUTIONES,  
SIVE  
ELEMENTA IURIS.  
LIBRI QUATTUOR.  
PRO OMIUM.  
De Confirmatione Institutionum.

[IN NOMINE DOMINI NOSTRI  
IESU CHRISTI.]

*Imperator Caesar, Flavius, IUSTINIANVS, Alamannicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Maricus, Pandulicus, Africanus, pius, felix, inclutus, victor, ac triumphator, semper Augustus, cupida legum iuventuti. [S. D.]*



**I**MPERATORIAM maiestatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam: ut utrumque tempus, & bellorum, & pacis, recte posse gubernari; & princeps Romanus non solum in hostili-

bus praesulis victor exiit, sed etiam per legitimas terminas calumniantium iniquitates expellat, & sit tam iuris religiosissimus, quam victis hostibus triumphator [magnificus.]

§. 1. Quorum utranque viam cum summis vigiliis, summaque praesidentia, nancente Deo, persequimur. † Et bellicos quidem sudores nostros Barbaricis gentes, sub iuga nostra redactas, cognoscunt: & tam Africa, quam aliae innumerae provinciae, post tanta temporaria spatia, nostris victoriis à caelesti numine prestitis, horum ditioni Romanae, nostroque additae imperio, prestabantur.

† Omnes vero populi legibus tam à nobis promulgatis, quam compositis, reguntur.

§. 2. Et cum sacratissimas Constitutiones, antea consulas, in luculentam erigimus consuetudinem: tunc nostram extendimus curam ad immensa Veteris Prudentiae volumina: & opus desperatum, quasi per medium profundum euntes, caelesti favore iam adimplerimus. §. 3. Cumque hoc Deo propitio peractum est: Triboniano viro Magifico, Magistro, & Exquestore sacri palatii nostri, [ & Exconsule ], nec non Theophilo, & Dorotheo, viris illustribus,

Antecessoribus, (quorum omnium solertiam, & legum scientiam, & circa nostras Institutiones fidem; iam ex multis rerum argumentis accipimus) convocatis, mandavimus specialiter, ut ipsi nostra auctoritate, nostrisque sanctionibus Institutiones compererent: ut liceat vobis perire legum cubula non ab antiquis fabulis discere, sed ab Imperiali splendore appetere: & tam auro, quam animi vestiri, nihil inutile, nihilque perperam positum, sed quod in ipsa rerum obtinet argumentis, accipiant: & quod priore tempore vix post quadriennium [prioribus] contingeret [ut tunc Constitutiones imperatorias legerent], hoc vos à primordio ingrediamini, digni tanto honore, tantaeque reperi sollicitate, ut & initium vobis & his legum traditionis à voce Principali procedat.

§. 4. Igitur post libros quinquaginta Digestorum seu Pandectarum (in quibus ante hoc antiquum collectum est, quod per eundem virum excelsum, Tribonianum, nec non ceteros viros illustres & sacundissimos, consecimus), in quatuor libris easdem Institutiones partiri iussimus, ut sint totius legitime scientiae prima elementa. §. 5. In quibus breviter expositum est, & quod ante obtinebat, & quod postea defuetudine inumbatum, Imperiali remedio illuminatum est.

§. 6. Quas ex omnibus antiquorum Institutionibus, & praecipue ex commentariis Caji nostri, tam Institutionum, quam Rerum quotidianarum, aliisque multis commentariis compositas, cum tres viri prudentes praedicti nobis obtulerunt: & legimus, & recognovimus, & plenissimum nostrarum Constitutionum robur eis accommodavimus.

§. 7. Summa itaque ope, & sacri studio has leges nostras accipite: & volentes sic creditos ostendite, ut spes vos pulcherrimae foveat, toto legitimo opere perfecto, posse etiam nostram Republicam, in partibus ejus vobis credendis, gubernari. D. C. P. XI. Kal. Decemb. D. IUSTINIANO, P. P. A. III. CONS. 533.